

3173

LITURGICI

3174

beralitate uti, que amicis proſit, et nemini obſit, benignum eſſe pauperibus, conſiliariis, miniſtris, ac officialibus iuxta eorum merita providere, ſervare pacta, ſolvere debita, non niſi iuſtum bellum admittere, admiſſum prudenter exercere. Haec quidem fol. 18. p. 2. At fol. 43. p. 2. Concede mihi gratiam bonos et fideles conſiliarios eligendi atque prudentes; bonos quidem, qui in conſpectu tuo ſint accepti, quibus, quod bonum eſt in ocu-

O vos omnes qui tranſitis
Figuram hanc inſpiciſte.

Praeit enim Icon Cadaveris ſuper ſtorem extenti. Inter commemorationes variorum Coelitum, quarum una fol. 30. p. 2. de D. Maximiliano, ei, quae fol. 61. de D. Sebastiano habetur, praefixa eſt Imago Maximiliani juvenis habitu regio genibus ante Mar-

Der herten noot: es naerſt den doot.

Bid voor den ſcriuere.

Zelden tyt: ſonder nyt.

DCCCCXL.

955 Codex membraneus lat. gall. Sec. XV. Folior. 22. in 8. quidem, ſed theca ad altitudinem integri folii ſupra adſurgente, dumque Codex aperitur, utraque pagina interiore velut arae ſpeciem exhibente, quarum dextra Deum Patrem et B. V. Mariam Chriſto de cruce pendenti, ſiniſtra Mariam Filio adſidentem ſat mediocri pictura ſiſtit, commode ſcriptus,

lis tuis, placeat reuelare; quomodo enim utiles erunt aliene cauſe, qui inutiles ſunt ſuae vite? Qui ſibi nequam eſt, cui bonus erit? Fideles, qui decipere non velint, et prudentes, qui decipi non poſſint. &c. Quis Principem, qui haec vere ſentiat, non hodiernis omnibus τῆς Φιλοſοφίας και κενῆς Απατῆς moliminibus praeferet? — Fol. 48. Contemplatio rhythmica Mortis, cujus initium:

Vigilantes deo ſitis
Et mundum hunc deſpiciſte &c.

tyrem hunc adſtantem armatum poſitis, Scutoque *Auſtriaco Burgundico* ex arbore pendulo. Finem Codici faciunt *Pſalmi de Poenitentia* cum *Litaniis SS. OO.* Preces lingua *Belgica* paſſim inſertae alium Scriptorem prodere videntur, qui calci addidit:

auro, coloribusque variis, Iconibusque III. majoribus ornatus *Exercitia Pietatis* continet ſervientia olim *Philippo* dicto *Bono*, ejusque filio *Carolo* dicto *Audaci*, et poſtea ab hujus filia *Maria* priore *Maximiliani I. Imp.* Coniuge in *Auſtriam* delata. Adfert hujus rationem praebent Icones memoratae. In prima etenim *Codici* praefixa viſuntur Principes duo aetate differentes, aurei Velleris torque inſignes, genuflexi, pre-

can-

3175

C O D I C E S

3176

cantes, quatuor Picturae angulis exhibentibus ignitabula illa, quae torquis dicti articulos constituunt, et in fol. sequente Insignibus *Burgundicis* e regione depictis. In reliquis duabus solus Princeps junior eodem habitu, situque comparat. Preces ad *Christum*, ejusque Genitricem diriguntur, potissimum privato ingenio elaboratae, nixaeque infidis traditionibus, quae rubricis *Gallicis* praemittuntur. Ita legas fol. 13. p. 2. *C'est la figure de l'imaige nostre dame ainsy quelle fut presentee au temple la quelle est semblablement figuree et peinte en la cite de losenne (Lausanne) et en la grant eglise de milan. Et quelz lieux la ditte ymaige par la deuote priere des personnes qui de vraie entention et contricion l'ont adouree et requise de quinze pater noster et quinze aue maria a fait plusieurs grans miracles notoires et publiques de puis lan mil. C.C.C.C. et dix &c.* Libellus igitur post hunc annum scriptus, quem ceterum exterior insolita forma commendat.

DCCCCXLI.

870 Codex chartaceus germ. lat. Sec. XVII. Folior. quidem plurimorum 12. quorum tamen non nisi 38. neque ea quidem continenter conscripta sunt, exhibet 1.) Formulas Orationis mane faciendae germanice; 2.) Varios eosque excellentes Affectus Animi ad Deum et Christum latine; 3.) Tractatulum pariter latinum, qui *Consolatio Pusillanimum* insignitur, af-

fectibus permixtus est, et incipit: *Totius sanctitatis fundamentum Conscientiae puritas est &c.* Videtur peritus Asceseos Magister successu temporis plura in hunc Codicem referre voluisse.

DCCCCXLII.

Codex membraneus germ. lat. 865 Sec. XVII. Folior. 139. 12. quorum tamen multa vacua, currente sed nitido calamo exaratus, Precatorius est, continetque Orationes tempore Missae persolvendas, et Exercitia ad sacram Communionem germanice; latine vero VII. *Psalms de Poenitentia* dictos cum variis aliis piis Meditationibus. Fol. 100. ad finem Precum germanicarum adjectae sunt Lineae 4. arcanis Literis ex earum genere, quae diversis Quadrati lateribus repraesentantur, ita tamen, ut primarum 9. literarum Figurae binis punctis, secundarum 9. uno puncto insuper insigniantur; 6. vero ultimae punctis careant. Exempli causa:

A. .|. K. .|. T. .|.

Textus vero hic cryptographicus nihil nisi adspirationem ad Deum continet.

DCCCCXLIII.

Codex membraneus germ. Sec. 961 XIV. Folior. 216. 4. caractere luculento exaratus, inscriptionibus et literis initiorum vel picturatis, vel auro ita fulgentibus, ut vel hodie liquatum credas, praeterea Iconibus XVII. grandibus Pas.